Codice scheda: ASC A4020914
Luogo e data: TORINO - 09/05/1895
Autore: RUA MICHELE
Destinatario: LEONE XIII
Classificazione: Rua: Corrispondenza con S.Sede
Tipo documento e supporto: Relazione - Manoscritto
Autenticità: Copia

Contenuto: Con riferimento al Congresso Mondiale dei CC. SS. (Bologna, 23-25.04.1895), invia al S. Padre una relazione con i temi principali di cui si è occupato il Congresso: i giovani, lo zelo per le anime, le missioni. [Testo latino]

Beatissime Pater,

Mense aprile nuper elapso, die vigesimo tertio, quarto et quinto, ut optime nosti, Bononiam primum, auctore potissimum Dominico Svampa, Patre Cardinali, eiusque civitatis Archiepiscopo praegrantissimi in concilium convenerunt, quos nostros in Domino adiutores adpellamus. Deus vero, cuius auxilium, Pater Sanctissime, effusis precibus nobis illic aditantibus implorare voluisti, propter meam omniumque fidem, illo tempore veniam adfuit.

Hinc factum est, ut quod antea timidiores solummodo erat in votis, illic iam palam, libero prorsus ore omnibus adclamantibus eloqui potuerimus, nunc de iuventute recte in litteris instituenda, nunc de opificum conditione hisce praesertim temporibus apud nos christiano more promovenda. Insuper ut obiter dicam, quoniam divino animarum studio Pater noster aestuans, sacras expeditiones apud Americanas plagas saepes saepius promoverat, ut Italis nostris qui angustiis pressi, iam tum longinquas illas regiones petierunt rerum humanarum desiderio abrepti, fidem paternam asservet, et indigenae qui adhuc ab omni cultu alieni vivebant, christianam tandem sapientiam docerentur, sic viri excellentissimi in disceptationem quaestionemque eas vocarunt, quo melius nostri in illis regionibus degentes rem doctam perficerent. Sanctissimus enim Pater filiis suis, qui in sacris expeditionibus versarentur populis ad pietatem excolendis, caterisque hoc unum proponebat celeberrimum verbum: Da mihi animas caetera tolle! - Unum adhuc restabat ut conventus Bononiensis diligenter expenderet quid de libris edendis, atque in vulgus maxime diffundendis esset faciendum, quid et de ephemeridis, ut veluti e fonte rivulos quidam sapientiae in populos diffluerent. Quaedisquidem doctissimo

Archivio Salesiano Centrale - A4020914 - 2

consilia, studia, sententias, quotidianas ut nostris quanto cius poterit, pro locorum hominumque conditione, adservari pro viribus faciam. Et hinc adiutores nostros, quos dicta quasi Tertii Ordinis sodales adpellavi ut funiculus triplex difficile rumpitur fortiores validioresque evasuros esse aliquando confido.

Dum vero animus meus gaudio in primis gestaret ob praesentem illum reipublicae christianae nobilem triumphum etiam atque etiam gratias Deo agendas nobis esse cogitabam, quod Ipse pro recta adversabilique rerum successu, praesenti suo consilio disposuisset, ut quae Pater noster Legifer abhinc quatuordecim et amplius annos nobis futura praesentiare consueverat, tandem nos omnia ex Ordine accidisse videbamus. Ita Beatissime Pater! Nam ipse confidentissime suus semper fuerat mos, cum nobis quadam die communicabat quae mox vel proxime filios suos manerent. Cum ventum esset ad annum nostrum, exclamavit Tunc magnus erit nobis triumphus! Quod autem ea,

Hoc factum sit, dum tu, Beatissime Pater ad rerum divinarum gubernacula sedes, nosque peramanter diligis, in primis gratulabor.

Ipse Bononiensis conventus est nobis lata laetiorque rei prosperae rarum fiducia. Aderant enim quatuor Cardinales triginta Episcopi, et omnes fere Italiae Praesules, quos rerum necessitas longe retinuerat datis literis amplissime fausta quaeque sodalibus nostris ominabantur.

Nil mirum sane si in singulis tot hominum coadunationum conventibus, tribus illis diebus labentibus, supremus ordo maximusque animorum consensus dominaretur, et universi cives, vel illi qui a nobis dissentirent de religione

Archivio Salesiano Centrale - A4020914 - 3

degne propulis hil in terris ad humanitatem fingendis, nihil omnino ab urbanitate alienum atque absonum patraverint, quin imo inter se erga nos Officiis certare videbantur.

Deo sint ergo gratias per quam maximae, qui rebus nostris praesenti suo consilio ita favit ut omnia ex voluntate successerint; gratiae et Tibi, Beatissime Pater, qui vel abinitio Bononiensi conventui ita gratulari voluisti, eiusque Auctori, datis suavissimis literis a Deo bonum opus omnibus es auguratus, ut non modo spem aliquam de exitu sed fiduciam haberemus ad pedes Tuos provolutus, dum benedictionem Apostolicam pro omnibus qui meum Salesianorum familiam adiuvant et pro cunctis et singulis salesianis a Te Beatissime Pater enixe postulo, quod dono hanc nactus opportunitatem meam possim in Te atque in Petrinam sedem venerationem ac voluntatem profiteri, admodum gaudeo.

Dabam Augustae Taurinorum
Ipsis Nonis Majis a. r. s, 1895

Umillimus et Obed mus in Ch. J.